



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 53. Petri Seichespei caussa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

scaterent, omnino supprimendi, atque Sæcul. XVI.
ad librorum prohibitorum indicem sint A.C. 1560.
rejiciendi.

Die vigesima quinta ejusdem Mensis
Januarii Facultas rursus congregata
quasdam literas a Galliarum Rege ad
Parisiensem Episcopum datas prælegi
jussit; in illis enim Rex Theologos pro-
ximo Jejunii verni tempore Parisiis ad
populum dicturos monebat, ut prædi-
cent Evangelium Dei pure, & since-
re, abstineantque ab invectivis, & sedi-
tiosis Concionibus; insuper juxta præ-
dictarum literarum tenorem Decanus
hortabatur omnes Doctores tum præ-
fentes, ut a verbis convitiosis, seditio-
nis, & contentiosis, quibus populus ma-
gis ad impietatem, quam ad pietatem
provocaretur, caverent: ex adverso au-
tem darent operam, ut suis prædicatio-
nibus populum continerent in vera, &
catholica Religione, fide Christiana, Ma-
jorum traditione, & Superiorum obe-
dientia, præcipue vero gregem suum
inflammarent ad præceptorum divino-
rum obseruantiam, traditionum Eccle-
siasticarum custodiam, ac Præpositorum
reverentiam.

§. LIII.

Petri Seichespei cauffa.

Cura

Sæcul. XVI. **C**um Petrus Sechespejus ex Ordine
A.C. 1560. Fratrum Prædicatorum Theologæ

Argent. l.c. Baccalaureus a Facultatis Theologicæ
t. 2. p. 283. consortio per biennium exclusus fuisset,
Vide supr. eoquod propositionem, quam circa in-
L. CLIV. fidelium actiones effutierat, retractare
§. LIX. nollet, sed ad Regium Senatum appelle-
laret, hinc Aulæ decreto sanctum, ut
Orator in prima disputatione Theologi-
ca in Dominicanorum conventu Parisiis
habenda declararet, quod propositiones,
quas nuper enuntiaverat, & propugna-
verat, & de quibus nunc sermo est, non
nisi problematice, ac disputandi gratia
exposuerit, ac proin nihil contra Facul-
tatis sententiam defendere, vel intel-
ligere velit; quo facto eundem præter
morem ad primam Theologiæ lauream
esse admittendum decernebatur. Lata
est hæc sententia die vigesima Maii:
porro die decima sexta Julii Decan-
us, & Facultas Theologica contra
eundem fratrem Petrum Sechespejum
Curiæ porrexit libellum supplicem,
quapropter edictum die vigesima septi-
ma Januarii Anno Domini millesimo
quingentesimo quinquagesimo nono
fuit promulgatum, vi cuius Universita-
tis Cancellario, Decano, & Facultati
inunctum, ut juxta præces Aulæ factas
præfatum Sechespejum promoverent,
ne hic rursus eandem Curiam adeundi
occasio-

occasionem haberet, simul vero eidem Sæcul. XVI.
præceptum, ut Cancellario, Decano, & A.C. 1560.
Facultati morem gerat, indicta carceris poena. Aliud etiam prodit edictum
hoc anno die vigesima Maji, vi cuius,
ut idem Sechespejus præter ordinem Theologiæ Licentiatus creare-
tur, eadem Curia fanciebat, atten-
tisque omnibus præcipiebat, ut juxta
præfata edicta Sechespejus hunc gra-
dum recipiat, nisi jam ad eum sit pro-
motus, simulque accepta epomide in Do-
ctorem solemini ritu inauguretur, præ-
cedentibus tamen omnibus iis, qui
nuper Theologica laurea fuerant in-
signiti, nec alio modo recipiatur Sei-
chespejus, cui etiam sit interdictum, ne
ultra Aulam molestet, sed præfenti de-
creto sub carceris poena obediatur. Hac
itaque ratione hoc negotium fuit de-
cissum.

§. LIV.

Initium Historiæ Michaelis Bajii.

Inter celebriores Facultatis censuras
merito recensenda venit illa, quæ hoc *Bajana sive
Michael Bajii
operum 2.*
anno die vigesima septima Junii ad-
versus octodecim propositiones ex libris *part. p. 191.*
cujusdam in Universitate Lovaniensi *Argent. ap-*
Doctoris operibus suppresso illius nomi- *pend. p. 21.*
ne fuit pronuntiata: porro is erat Mi-
chael Bajus, seu Bay Melini Hanoniæ
oppido